

VALENTINA
Beatificationis, & Canonizationis
VEN. SERVI DEI
PATRIS GASPARIS
DE BONO

Sacerdotis Professi Ordinis Minimorum.

INFORMATIO
SUPER DUBIO

*An & de quibus Miraculis constet in cassu
& ad effectum, de quo agitur.*

BEATISSIME PATER.



U& diligentissimus hujus Caussæ Postulator SANCTITATIS
Tu& pedibus provolitus in promptu habere se dixit di-
vina Miracula, inerrantis Tu& vocis oraculo comproban-
da, ad imploratam VENERABILIS GASPARIS opem
jamdiu edita, auxpicacissimâ illâ die, qua de heroicis
SERVI DEI Virtutibus CONSTARE decrevisti; ea mo-
do Sacrae Rituum Congregationis examini proponit,
Tuoque irrefragabili subiicit judicio, PATER BEATISSIME.

- 2 Tuum est igitur constituere nunc ac definire, talia eadem esse reapse, qua-
lia fuisse visa sunt tum oculatis mirabilium factorum Testibus in Apostolicis
Inquisitionibus rite & recte ad examen addu&ti, tum laudato Caussæ Po-
stulatori, tum expertissimis viris Medicam & Chirurgicam facultatem in-
hac alma Urbe profitentibus ab ipso consultis, tum denique nobis met ipsis
ad Caussæ patrocinium defensionemque advocatis. Quod si res, ita ex illo-
rum ac nostra sententia ceciderit, ut ex supra illa Veritatis Cathedra, in
qua Dens Opt. Max. summo Ecclesia sue bono Te constituit, diuque sospici-
tem servet ac tueatur, quemadmodum nuper de Virtutibus, sic etiam de pro-
positis Miraculis CONSTARE decernas, novo cumulabis gaudio, novoque
augebis decore cum Minimorum Ordinem, Hispaniamque universam,
tum præsertim Valentinos, qui eum Civem, Alumnum, sanctissimumque
Instituti Professorem, in eoque Provincia sua Praesidem apud se perpetuo
habuerunt, quique id unum a Te enixis precibus ac votis humillime po-
stulant ac præstolauntur, ut publicos Altarium honores novo haic Cnr istia-